tituli lex 6. & 7. declarat: *de patientia, cupiditate, iracundia, insania, malevolentia*, seu *odio*, *liberalitate*, *veneratione*, *&c.* ceteræ pertranctant: verum enim vero melius tibi demonstrabunt *quid sit Fides, Spes, ac Charitas*, & *quare* hæc *tria nostris animis* infixa *debent permanere*, Procemium, lex 1. 2. 3. 4. 5. & 7. tituli 12. ipsiusmet Part. denique in ejus ultimis duabus decisionibus *quare Deus est timendus, & bona ex ipsius timore provenientia*, animadvertitur; titulus 13. explicat, *qualis populus in cognitione Regis, obedientia, veneratione, honore, atque custodia se gerere debeat*: per sensus tam exteriores quàm interiores significatur, lex 1. 2. 3. 4. 5. & 6. quinque illos determinat, videlicet *visum*, *auditum*, *odoratum gustum*, & *tactum*: quilibet in Regem suam attentionem dirigit, in seqq. 7. 8. 9. 10. 11. de aliis quinque interioribus, *de intellectu, phantasia, cogitatione*, seu *imaginativa facultate, amore, & memoria*: iterum per leg. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. usque in finem, *de rerum cognitione in se, & in operibus*, atque etiam *quare est Rex amandus, timendus, venerandus in omnibus tam verbis, factis, quàm operibus*, atque *custodiendus* determinatur: ideo in prædictis legibus recordantur præcedentia, quia in anterioribus per naturales rationes à Sapientibus fuit ostensio facta: nunc vero convenientia cum eis Sanctorum Patrum exhibetur; si bene & perfecte cum glossa D. Gregor. Lopez præcitatas leges, remissionesque scruptatus, ac meditatus fueris, quantum scientia dignum notetur, nequit à me facile patefieri: sacræ paginæ textus permultos invenies; nihilo secius naturales considerationes.)

## VIS.

### SUMMARIUM.

1 *Vis quid sit.*
2 *Vis in genere alia est publica, alia privata; & quæ utraque sit?* ad num. 3.
4 *Vis publica committi solet var s mod s, qui assignantur*, ad num. 15.
16 *Vis privata etiam committi solet variis modis, qui adducuntur*, ad num. 22.
23 *Vis in specie alia est expulsiva, alia ablativa, alia compulsiva, alia turbativa, & alia inquietativa; & quæ quælibet sit?*
24 *Vis expulsiva parit Interdictum* Unde vi.
25 *Vis ablativa inducit actionem* Vi bonorum raptorum.
26 *Vis compulsiva inducit actionem* Quod metus causa.
27 *Vis turbativa inducit Interdictum* Uti possidetis, & Unde vi, ac Utrubi.
28 *Vis inquietativa inducit Interdictum* Quod vi, aut clam.
29 *Quibus pœnis puniatur vis publica, & privata.*
30 *Vim repellere licet, quomodo, & quando*, ad n. 31.
32 *Vim vi repellere licet etiam contra Clericum, cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
33 *Vis, & metus quomodo differant inter se.*
34 *Vis includit inter se metum.*
35 *Addition. inseruntur.*

1 Vis, seu violentia est impetus majoris rei, cui resisti non potest, ut definitur *in l.* Vis autem 2. *ff. Quod metus causa*, Glossa verb. *Causa in c. At audientiam* 4. *de his, quæ vi*, Glossa verb. *Vim in cap.* 1. *eod. in* 6. Et explicatur, ut sit necessitas rei faciendæ, præter voluntatem nostram extorta, per text. *in l.* Ait Prætor 1. *ff. Quod metus causa*, Raynaldus *l.* 2. *cap.* 23. §. 1. *num.* 1. & 2. cum pluribus ibi allegatis.

2 Vis in genere alia est publica, alia privata; *l.* Hoc
jure utimur *ff. de Reg. Jur.* Ursaya *Instit. crimin. l.* 2.
*tit.* 7. *num.* 2. Raynaldus *loc. cit. num.* 6. *& seq.* & alii
3 passim. Vis publica est, quæ fit cum armis. Privata vero, quæ fit sine armis, §. Item Lex Julia 8. *Instit. de public. Judic.* Glossa 1. *in cap.* Cum dilectus 2. *de ordin. cognit.* Antonius Matthæus *de crimin. tit. de vi publica, & privat. cap.* 1. *num.* 2. Raynaldus *loc. cit. num.* 10. Ursaya *loc. cit. num.* 3.

Vis publica variis modis committi solet. *Primo*, si 4
quis domi suæ, sive in civitate, sive in villa, sive in
agris, & vineis arma coegerit ad aliquod facinus per-
petrandum; *l.* Lege Julia 1. *ff. ad Leg. Juliam de vi pu-
blica. Secundo*, si quis turbæ, seditionisque faciendæ 5
consilium inierit, & servos, aut liberos homines in ar-
mis habuerit, armatosque congregaverit, text. express.
*in l.* In eadem causa 3. *ff. eod. & in l.* Omnibus 10. *Cod.
ad Leg. Jul. de vi public. Tertio*, si quis publice ad no- 6
cendum cum armis ambulaverit; *l.* In ead. causa 3.
§. 1. *ff. eod. Quarto*, si quis armatis hominibus posses- 7
sorem de domo, vel de agro, vel de navi dejecerit,
concusserit, vel expugnaverit; *cit. l.* In eadem causa
§. 6. *Quinto*, si quis cœtu, concursu, turba, seditione 8
incendium fecerit, seu in incendio causa rapiendi in-
terfuerit, vel Dominum prohibuerit res suas ab incen-
dio servare; *cit. l.* In eadem causa §. 5. *& l.* Qui cœ-
tu 5. *ff. eod. Sexto*, si quis ædes, vel villas alienas con- 9
vocatione, aut seditione expugnaverit, expilaverit, ef-
fregerit, & bona ibid. existentia rapuerit; *cit. l.* In ead.
causa §. 2. *leg. Hi qui ædes* 11. *ff. eod. Septimo*, si quis 10
dolo malo fecerit quominus Judicia tuto exerceantur,
aut Judices, ut oportet, judicent, textu express. in *leg.*
Qui dolo malo 10. *ff. eod. Octavo*, si quis convocatis 11
hominibus vim fecerit, ut quis verberetur, & pulsetur,
quamvis non occidatur, textu expresso in *cit. l.* Qui dolo
malo §. 1. *Nono*, si quis violenter honestam mulierem, 12
sive virginem, sive nuptam, sive viduam, invitam ra-
puerit, asportaverit, & abduxerit de loco ad locum
causa libidinis, & animo eam carnaliter cognoscendi,
*l.* Qui cœtu 5. §. 2. *ff. eod. & l.* Raptores 5. *Cod. de raptu
Virginum, seu Viduarum. Decimo*, si quis puerum, vel 13
fœminam, vel quemquam per vim stupraverit, textu
expres. *in cit. l.* In eadem causa §. 4. *Undecimo*, si quis 14
per vim aliquem prohibuerit, vel è contra, ad testan-
dum aliquem invitum compulerit: Si enim id cum ar-
mis fecerit, præter crimen falsi, tenebitur etiam *ex l.*
Julia, de vi publica: Si vero sine armis, tenebitur *ex l.*
Julia, de vi privata, ut tradunt Farinac. *quæst.* 151.
*num.* 5. Ursaya *loc. cit. num.* 130. & alii passim. *Duo-
decimo*, si quis vineas, & agros depopulaverit, sive 15
de die, sive de nocte, is enim propter criminis atro-
citatem, nec etiam gaudet immunitate ecclesiastica, *c.*
Inter alia 6. *de Immunit. Eccles.* & sanxerunt Grego-
rius XIV. constit. *incip.* Cum alias::: & Benedictus XIII.
constit. *incip.* Ex quo::: Sic Antonius Matthæus *de crim.
tit. de vi public. & privat.* Brugiot. *Instit. crimin. l* 3.
*tit.* 6. *per tot.* Ursaya *loc. cit. lib.* 2. *tit.* 7. *per tot.* &
alii passim.

Vis privata etiam ipsa variis modis committi potest, 16
& fere in omnibus illis casibus, in quibus publica com-
mitti solet, si sine armis committatur, ut tradunt in
suis Instit. Crim. Brugiot. *l.* 3. *tit.* 6. Zuff. *lib.* 2. *tit.* 19.
Ursaya *lib.* 2. *tit.* 7. *à num.* 134. Si quis igitur convo- 17
catis hominibus, absque tamen armis, vim fecerit, ut
quis verberetur, aut pulsetur, quamvis non occidatur,
adhuc erit reus criminis vis privatæ, textu expresso in
*l.* Hac lege 2. *ff. ad Leg. Jul. de vi priv.* Item, si quis 18
cœtum, vel concursum fecerit quo minus aliquis in jus
producatur, textu expresso *in l.* Legis Jul. 4. *ff. eod.*
Item, si quis aliquem de agro, vinea, aut villa sua, 19
congregatis hominibus sine armis, dejecerit, textu ex-
presso *in l.* Si quis aliquem 5. *ff. eod.* Item, si creditor 20
sine auctoritate Judicis absque armis, bona debitoris
usurpaverit, textu expresso *in l.* Creditores 7. *in l.* Si cre-
ditor 8. *ff. eod.* Item, si quis ex naufragio dolo malo si- 21
ne armis aliquid rapuerit, textu expresso *in l. De vi priv.*
1. §. 1. *ff. eod.* Item, si qui improbe coeant in alienam 22
litem, ut quidquid ex condemnatione in rem ipsius re-
dactum fuerit, inter eos communicaretur, textu expresso
*in l.* Ex senatus consulto 6. *ff. eod.*

Vis in specie est quintuplex. Prima *expulsiva*, cum 23
quis à re immobili expellitur. Secunda *ablativa*, cum
res mobilis cuipiam aufertur. Tertia *compulsiva*, cum
quis rem suam alienare cogitur. Quarta *turbativa*, qua
quis in possessione turbatur. Quinta *inquietativa*, cum duo vicissim prætendunt possidere, & alterum alter inquietat. Primæ duæ præscriptionem, seu usucapionem secum non ferunt: Trium autem posteriorum nulla obstat præscriptioni; §. Furtivæ *in addit. margin. Inst. de usucap.* Raynald. *loc. cit. num.* 11. testans de communi, Hieronymus Thoma *in tract. de vi impulsiva cap.* 1. §. 1. & alii passim.



24 Vis expulsiva parit interdictum *Unde vi* contra expellentem; *leg.* Sequitur 2. §. Si tu vi, *& ibi* Glossa *verb.* Res, & Glossa *verb.* Locum *ff. de usucap.* & Glossa 2. *in cap.* Ad audientiam 4. *de his, quæ vi.* Hinc vi expulsus de possessione, cum habeat interdictum *Unde vi*, perinde habetur, ac si possideret quoad rem, & damna, & fructus; *leg.* Si qui vi 17. *ff. de usucap. & ibi Glossa* 1.

25 Vis ablativa inducit actionem *Vi bonorum raptorum*; *leg.* Prætor ait 2. *ff. Vi bonorum raptorum*; Glossa *in c.* Ad audientiam 4. *verb.* Causa, *de his, quæ vi metusve causa fiunt.*

26 Vis compulsiva inducit actionem *Quod metus causa*; Glossa 2. *in d. cap.* Ad audientiam::: Vis enim compulsiva, & metus idem sunt; Glossa 1. *in leg.* Nihil consensui 116. *ff. de Reg. Jur.*

27 Vis turbativa inducit Interdictum *Uti possidetis* pro immobilibus, & *Unde vi*, ac *Utrubi* pro mobilibus, cum duo se possidere contendunt; *Glossa* 2. *in cit. cap.* Ad audientiam, *& Glossa final. in leg.* Continet 3. *ff. Quod metus causa.*

28 Vis inquietativa inducit Interdictum *Quod vi, aut clam*; *cit. Glossa* 2. *in d. cap.* Ad audientiam, *& cit. Glossa final. in dict. l.* Continet.

29 Vis publica regulariter punitur pœna deportationis, textu expresso in §. Item Lex Julia, *Instit. de public. judiciis.* Et vis privata punitur pœna publicationis tertiæ partis bonorum; textu expresso etiam *in d.* §. Item Lex Julia::: Pro veritate autem casuum, in quibus committitur vis publica, variæ etiam sunt in utroque Jure statutæ pœnæ, de quibus in *verb.* Pœna *à numer.* 213. *ad* 216. Vide *ibi.*

30 Vim vi repellere licet statim, & sine intervallo; *l.* Ut vim 3. *& ibi Glossa* 2. *ff. de jur. l.* Sed & partus 12. §. 1. *ff. Quod metus causa*, *l.* Orator art. 1. §. Vim 1. *ff. de vi, & vi armata, cap.* Ultimo 12. *de restitut. spoliat. cap.* Dilecto 6. *de sentent. excommunicat. in* 6. cum similibus: Vi enim vi repellere omnes Leges, omniaque jura permittunt; *l.* Scientiam 45. §. Qui cum aliter *ff. ad Leg. Aquil. cap.* Perpendimus 23. *& ibi Glossa* 1. *de sentent. excommun. cap.* Jus naturale 7. *& ibi Glossa* 1. *dist.* 1. *cap.* Summa 7. *& ibi Glossa* 1. *caus.* 23. *quæst.* 1. *cap.* Dilecto 6. *de sentent. excommunic. in* 6.

31 Debet tamen vis, seu propulsatio fieri incontinenti, statim, ac sine intervallo, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad vindictam, sed ad defensionem; *l.* Scientiam 45. §. Qui cum aliter *ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. *Cod. Unde vi, cap.* Interfecisti 2. *& cap.* Perfodiens 3. *de homicidio*, cum similibus. Unde si quis percusserit aliquem, & recedat, non potest percussus licite insequi percussorum, quia tunc vellet injuriam ulcisci, & non repellere eam, essetque potius vindicta, quàm defensio: Glossa *verb.* Secularibus, *& Glossa final. in cit. cap.* Si Perfodiens 3. *de homicid.* & Communis Doctorum.

32 Vim vi repellere licet etiam contra Clericum cum moderamine inculpatæ tutelæ; *c.* Olim 12. *de restit. Spoliator.* & ibi *Glossa final. cap.* Perpendimus 23. *de sentent. excommunicat.* cum similibus.

Vis, & metus differunt inter se; quia metus refer- 33
tur ad animum, & vis refertur ad corpus; Glossa *in l.*
Si vi, *vel* metu 3. *verb.* Si vi *Cod. de his, quæ vi me-
tusve causa fiunt*, Rota recent. *part.* 1. *dec.* 643. *n.* 25.
Vis tamen includit in se metum: Unde quod vi fit, me- 34
tu quoque fieri videtur: Glossa *verb.* Causa *in cap.* Ad
audientiam 4. *de his, quæ vi metusve causa fiunt*; Burat.
*dec.* 36. *num.* 27. *& seq.*

☞ De vi tres potissimum leges latæ fuere, una 35
Plautia, & duæ Juliæ, Cæsaris altera, altera Augusti.
Confer Sigon. *de Judic. lib.* 2. *cap. ult.*

Duo Legis Juliæ fuerunt summa capita, alterum 36
de vi publica, alterum de vi privata. Definivit Justi-
nianus vim publicam, quæ fit cum armis, privatam,
quæ fit sine armis; §. Recuperandæ *Institut. de Inter-
dict.* At licèt hæ definitiones ut plurimum procedant, 37
non tamen semper, inspecta præsertim vi publica. Om- 38
nis utique vis armata publica est, at non omnis vis pu-
blica armata est, quippe quia & sine armis Respubli-
ca, publicave utilitas, ita lædi queat, ut inde Legis Ju-
liæ de vi publica accusatio nascatur: consule Anton.
Matthæum *de Crim. lib.* 48. *tit.* 4. *c.* 1. *n.* 2. *& seq.*

Appellatione vero armorum hic veniunt non solum 39
scuta, & gladii, & galeæ, sed & fustes & lapides,
& in genere quæcumque, quibus singuli homines no-
cere queunt; *L.* 9. *L.* 11. §. 1. *ff. Ad Leg. Jul. de vi
public.* §. Recuperandæ *Institut. de Interdict.* (Vid. *verb.*
Arma.)

Armata dicitur vis, si armati quidem venerint ad 40
dejiciendum de possessione, sed armis ad dejiciendum
usi non sint, eo quod sufficit terror armorum, ut vi-
deantur armis dejecisse; *L.* 3. §. 5. *ff. de vi, & vi ar-
mata.*

De iis, qui tenentur ex Lege Julia de vi publica, 41
adi *Sigon. de Judic. dict. cap. ultim.* tum *Antonium Mat-
thæum de Crimin. lib.* 48. *tit.* 4. *c.* 1. *n.* 3.

Pœna vis publicæ ex Lege Julia est aquæ, & signis 42
interdictio, in cujus locum successit deportatio; *L.* 1.
§. *ult. ff. ad L. Juliam de vi public.* atque adeo etiam
bonorum publicatio, si non extent conjunctæ Personæ,
quibus bona reservari jussit Justinianus in *Novella* 134. 43
*cap. ult.* quin & aliquando ultimum supplicium præser-
tim in humilioribus, si atrocior violentiæ species sit,
vel ex vi allata cædes alicui illata fuerit; *L.* 11. *ff.
ad Leg. Jul. de vi public. L.* 6. *Cod. eod. tit.*

Moribus vero pœna vis publicæ arbitraria est pro 44
modo & gravitate admissi criminis: Vide Groenewe-
gen. *ad* §. 8. *Instit. de public. Judic.* ☞ (Circa hanc ma-
teriam vide *leg. usque ad num.* 18. *tit.* 10. *part.* 7. *tit.* 6.
*lib.* 4. *For. Reg. tit.* 12. *lib.* 8. *Recop. Cast. & tit.* 18.
*lib.* 8. *Ord. Reg.* Vide *lit.* J *pag.* 344. *col.* 1. *in add. nov.*
cui adjunges *leg.* 56. *tit.* 5. *p.* 5. 7. & 11. *tit.* 33. *p.* 7.
cum *leg.* 15. *tit.* 2. *pag.* 4. ubi satis verbum *Violentia,
Vis*, atque *Metus* explicantur; de eisdem in aliis locis
fit mentio.) ☼

## VIS, ET METUS.

* Vis, & metus distinguitur in gravem, & levem, habito etiam respectu ad personam, cui infertur; Benedict. XIV. tom. 2. constit. 47. *incip.* Si datam::: (Vide Matrimonium.) Vim, & metum inferentes, ut quis Religionem ingrediatur, aut professionem emittat, ab Ordinario puniendi sunt pœnis à Concil. Trid. statutis: Idem *ibid.* Vis, & metus auctores, qui à reclamante, vel

☼ De specibus, vim committendi modis, competentibus interdictis, & etiam de pœnis, hoc in verbo varia leguntur. Cœtus hominum, concursusvè in Reipublicæ damnum etiam sine armis, in classe vis publicæ non immeritò commemoratur ibidem: legisque Juliæ pœnam in tale crimen perpetrantes locum habere. Seditiosos homines (abhorrent aures) quietem publicam turbantes, è regno eliminandos venire, adnotatum manet: (1) hosce omnes, expeditiones convitiosas efficientes, cooperantes, auxiliantes, monitosque non desistentes, immò in latebris continuantes, domus fortes eorum, si quæ fuissent, à fundamentis eruere, sin aliter è

(1) Vide *verb.* Bannitus.

BIBLIOTECA CENTRAL B.A.N.

vel à testibus ab ipso inductis, indicati fuerint, citari debent in judicio super nullitate Professionis: Idem *ibid.* Vis, & metus incussus ad cogendum aliquem, ut Professionem Regularem emittat, etiamsi perseveraverit per quinquennium, & ultra, non ideo tamen prorogatur quinquennium à Concil. Trident. concessum ad reclamandum: Idem *ibid.* Attamen ex Apostolicæ Sedis æquitate inductum est remedium restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, à sola tunc ipsa Sede Apostolica concedendum: Idem *ibid.*

Vis, & metus adhiberi non debet, ut Judæi in Christianorum regionibus asyli jure gaudentes, Baptismum suscipiant: Idem constitut. 28. *incip.* Postremo mense §. 13. & 37. Si quis per vim, & metum dicat se baptizatum fuisse, videndum, an violenter cedendo consenserit, an vero dissentiens aqua Baptismi ablutus fuerit. In primo enim casu valide baptizatus censebitur, secus in secundo: Idem *ibid.* §. 49. & *seq.* Vide *verb.* Baptismus, & *verb.* Hebræus, ubi multa alia ad rem. *

VI-

---

è Regno per quadriennium exire, fuit jussum: (1) quadruplique pœnam simul, in noxam producentes, præter damni duplicati resartionem pati. (2)

Attamen quum ebullionum, commotionumque popularium præventivæ dispositiones, aliqueis, nostro tempore declarationibus egerent, quibus spiritus inquieti, tranquillitatis publicæ adversarii continerentur, vasallique benefici ab horum præjudiciis liberi manerent; idcircò DD. noster Rex inter plurima objectum præsens, Religionis puritatem etiam concernentia, mandata, (3) pœnas legibus stabilitas in talia crimina incurrentes, (4) inviolabiliter observari, præcipit Judicibus Ordinariis, cum inhibitione ceterorum etsi privilegiatorum, quacumque semota competentia: immò deduci, nec allegari fori privilegium valebit: nam similis proposita exceptio spernenda erit, effectumque suspendendi incapax æstimabitur. Quid amplius? ad malitiam hujus naturæ delinquentium refrænandam, sæpesæpius famosis libellis crudeles præparantium intentos ad innocentium incautorumvè animos præoccupandos, vigilantes, & circumspecti occursum ire debent Judices: quo non obstante, adversus illos, processu formato, partibusque auditis pœnas legibus stabilitas in effectum perducent. Variæ necnon factæ fuere præventiones circa copiantes, legentes, audientes similes libellos, & Milites: publicæ Officinæ, Templaque Sancta claudi debent Banno publicato.

Obe-

(1) *L.* 1. *tit.* 15. *lib.* 8. Porque las asonadas que se hacen en nuestra tierra son muy dañosas, y dan causa y ocasion á muchos males y daños, defendemos que ninguno, ni algunos de qualquier estado ó condicion ó preeminencia, no sean osados de hacer, ni hagan asonadas, ni ayuntamiento de gente en ninguna parte de nuestros Reynos y Señorios; y si tales asonadas hicieren, y les fuere mandado de nuestra parte que se partan de las asonadas, y que derramen las gentes::: y no se quisieren apartar, derramar, ni partir::: mandamos que si aquellos que no quisieron cumplir, Casas-fuertes tuvieren, les sean derribadas::: y si Casas fuertes no tuvieren, salgan de toda la tierra por quatro años:: :: y en esta misma pena caygan los que yendo á las asonadas á ayudar alguno de ellos, y fueren requeridos y afrentados por las Justicias, no lo quisieren hacer.

(2) *L.* 2. *ejusd.* Todos los que fueren á la asonada, si yendo ó viniendo hicieren daño, paguenlo á Nos por el quatro tanto, y el doblo á la parte::: *L.* 9. *ejusd. Ibi*: Que lo pague con el quatro tanto á Nos, y el doblo á aquel á quien lo tomare como dicho es:::

(3) Vid. *verb.* Libellus famosus, *per tot.*

(4) *Reg. Pragmat.* 17. *April.* 1774. Sabed, que las repetidas experiencias del Gobierno han demostrado en todos tiempos, que no se puede asegurar la felicidad de los Vasallos, si no se mantiene en todo su vigor la autoridad de la Justicia, y en su debida observancia las leyes y las providencias dirigidas á contener los espiritus inquietos, enemigos del sosiego público, y defender á los dignos Vasallos de sus malignos perjuicios. Este importante objeto ha merecido siempre la primera atencion de los Reyes, y obligó su justificacion á promulgar succesivamente repetidas leyes preventivas de bullicios y conmociones populares; pero estas mismas leyes, promulgadas en diversos tiempos, segun los casos ocurrentes, necesitan adaptarse á las circunstancias presentes, con claras y positivas declaraciones, que faciliten á los Jueces su pronta execucion, y prescriban á los fieles Vasallos los medios y modos de no confundirse con los culpados, y de auxîliar la Justicia para disipar y perseguir los Reos de tan atroces conatos y delitos: Con consideracion á todo, hice exâminar muy seriamente este importante asunto en que tanto se interesa la tranquilidad pública, y la seguridad de las personas y bienes de mis fieles Vasallos; y conformandome con lo que se me propuso por una Junta de Ministros de mi satisfaccion, y con lo que me consultó el zelo de mi Consejo, habiendo oido antes á mis Fiscales. 1. Mando que se observen inviolablemente las leyes preventivas de los bullicios y conmociones populares, y que se impongan á los que resulten Reos las penas que prescriben en sus personas y bienes. 2. Declaro que el conocimiento de estas causas toca privativamente á los que exercen la jurisdiccion ordinaria: inhibo á otros qualesquiera Jueces, sin excepcion de alguno, por privilegiado que sea: prohibo que puedan formar competencia en su razon; y quiero que presten todo auxîlio á las Justicias Ordinarias. 3. Por quanto la defensa de la tranquilidad pública es un interés y obligacion natural comun á todos mis Vasallos: declaro asimismo, que en tales circunstancias no puede valer fuero, ni esencion alguna, aunque sea la mas privilegiada; y prohibo á todos indistintamente que puedan alegarla; y aunque se proponga, mando á los Jueces que no la admitan, y que procedan no obstante á la pacificacion del bullicio y justa punicion de los Reos, de qualquiera calidad y preeminencia que sean. 4. La premeditada malicia de los delinqüentes bulliciosos, suele preparar sus crueles intenciones con pasquines y papeles sediciosos, ya fixandolos en puestos públicos, ya distribuyendolos cautelosamente con el fin de preocupar, baxo pretextos falsos y aparentes, los ánimos de los incautos. Las Justicias estarán muy atentas y vigilantes para ocurrir con tiempo á detener y cortar sus perniciosas conseqüencias; procederán contra los expendedores y demás cómplices en este delito, formandoles causa; y oídas sus defensas, les impondrán las penas establecidas por derecho. 5. Declaro cómplices en la expendicion á todos los que copiasen, leyesen ó oyesen leer semejantes papeles sediciosos, sin dar prontamente cuenta á las Justicias: para su seguridad, siempre que quieran no sonar en los Autos que se hagan, se pondrán sus nombres en testimonio reservado, de modo que no consten del proceso: todo lo qual se entienda sin perjuicio de proceder á la averiguacion de sus autores. 6. Y en caso de resultar indicios contra algunos Militares, se acordará la Justicia con el Gefe Militar de aquel distrito, para que con su auxîlio se proceda á las averiguaciones, y se logre mejor y mas facilmente detener con el pronto castigo los progresos de la expendicion. 7. Luego que se advirtiese bullicio ó resistencia popular de muchos á los Magistrados para faltarles á la obediencia, ó impedir la execucion de las órdenes y providencias generales, de que son legitimos y necesarios executores, el que presida la Jurisdiccion Ordinaria, ó el que haga sus veces, hará publicar Vando, para que incontinenti se separen las gentes que hagan el bullicio, apercibiéndo-

las



## VISITARE, VISITATIO, VISITATOR.

SUMMARIUM.

1 *Visitare, Visitatio quid sit.*
2 *Visitandi Jus, & potestas competit omnibus Prælatis ecclesiasticis, qui Jurisdictionem ordinariam in aliquos habent.*
3 *Unde post Romanum Pontificem Jus, & potestatem visitandi habent Legati à Latere.*
4 *Item Legati Pontificii nati.*
5 *Item Nuntii Apostolici.*
6 *Item Vicarius Summi Pontificis in territorio sibi injuncto.*
7 *Item Cardinales in ecclesiis suorum Titulorum.*
8 *Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi or-*

---

Obedientiam illicò præstantes, dummodo turbationis Auctores haud sint, indulti manebunt: inobedientes verò sivè resistentiam facientes, impediendi ergò capturas reorum, sollicitivè se gerentes in horum libertatem assequendam, vi etiam repellendi usquequò ad Magistratibus debitam obedientiam reducantur.

Nec voluit ipsamet Regia Majestas, amore, erga humanitatem mota, haccinè Regia dispositione contenta ad præterita se extendere, immò expresse transcendere denegavit; & passu quo prohibuit talibus personis inobedientibus, Judicum mandatis manentibus, quamcumque efficere repræsentationem coràm istis, diversimodè se gessit; dummodò ab ebullione separati, Judicibusque obtemperantes se sistant. Quo in negotio si Judices ad unguem præventum haud observent, adversus eos, veluti transgressores intentionum Catholicæ Majestatis procedendum veniet.

las de que serán castigadas con las penas establecidas en las leyes, las quales se executarán en sus personas y bienes irremisiblemente, en caso de no cumplir desde luego con lo que se les manda; declarando que serán tratados como Reos y Autores del bullicio todos los que se encuentren unidos en número de diez personas. 8. Igualmente deberán retirarse á sus casas quantos por curiosidad ó casualidad se hallaren en las calles con qualquiera otro motivo ó pretexto, pena de ser tratados como inobedientes al Bando, que se deberá fixar en los sitios públicos. 9. Se mandará tambien, que incontinenti se cierren todas las Tabernas, Casas de Juego, y demas Oficinas publicas. 10. Como en tales ocasiones suelen los reboltosos apoderarse de las Campanas, y poner con su toque en confusion á los vecinos, profanar los sagrados Templos con violencias, y tal vez con efusion de sangre; cuidarán las Justicias, los Párrocos y los Superiores Eclesiásticos de resguardar los campanarios con seguridad, cerrar los Conventos y casas de sus habitaciones, y los Templos siempre que prudentemente se tema falta de respeto, profanacion, ó violencia en la Casa de Dios. 11. Las gentes de Guerra se retirarán á sus respectivos Quarteles, y pondrán sobre las armas para mantener su respeto, y prestar el auxîlio que pidiere la Justicia Ordinaria al Oficial que las tuviese á su mando. 12. Todos los bulliciosos que obedecieren, retirándose pacificamente al punto que se publique el Bando, quedarán indultados, á excepcion solamente de los que resultaren autores del bullicio, ó conmocion popular, pues en quanto á estos no ha de tener lugar indulto alguno. 13. Publicado y fixado el Bando, con comprehension de quanto queda expuesto, y con las demas precauciones que dictase la presencia de las cosas; cuidarán las Justicias de asegurar las Cárceles y casas de reclusion, para que no haya violencia alguna que desayre su respeto y decoro, que deben mantener en todo su vigor. 14. Sin pérdida de tiempo procederán á pedir el auxîlio necesario de la Tropa, y vecinos, y á prender por sí, y demas Jueces Ordinarios á los bulliciosos inobedientes, que permanezcan en su mal propósito, inquietando en la calle sin haberse retirado, aunque no tengan mas delito que el de su inobediencia al Bando. 15. Si los bulliciosos hiciesen resistencia á las Justicias, ó Tropa destinada á su auxîlio, impidiesen las prisiones, ó intentasen la libertad de los que se hubieren ya aprehendido, se usará contra ellos de la fuerza, hasta reducirlos á la debida obediencia de los Magistrados, que nunca podrán permitir quede agraviada la autoridad y respeto que todos deben á la Justicia. 16. Pondrá el que presida la Jurisdiccion Ordinaria el mayor cuidado en que los demas Jueces y Partidas cuiden de conducir los Reos con toda seguridad á las prisiones convenientes, procurando evitar toda confusion; y que los honrados vecinos estén separados de los culpados, para que contra estos solamente proceda el rigor y autoridad de la Justicia. 17. Asi como me inclina el amor á la humanidad á no aumentar las penas contra los inobedientes bulliciosos, dexándolas, segun la distincion de los casos, en el mismo tenor y forma que lo disponen las leyes del Reyno, que quiero se tengan aqui por repetidas; es mi voluntad, y mando expresamente, que se instruyan estas causas por las Justicias Ordinarias, segun las reglas de Derecho, admitiendo á los Reos sus pruebas y legitimas defensas, consultando las sentencias con las Salas del Crimen, ó de Corte de sus respectivos distritos, ó con el Consejo, si la gravedad lo exîgiese, con declaracion, que lo dispuesto en esta Ley y Pragmática se entienda para lo que pueda ocurrir en lo futuro, sin transcender á lo pasado. 18. Tengo declarado repetidamente, que las concesiones hechas por via de asonada ó conmocion, no deben tener efecto alguno; y para evitar que se soliciten, prohibo absolutamente á los delinqüentes bulliciosos, que mientras se mantienen inobedientes á los mandatos de la Justicia, puedan tener representacion alguna, ni capitular por medio de personas de autoridad, de qualquiera dignidad, calidad y condicion que sean, con los Jueces: y prohibo tambien á las expresadas personas de autoridad, que puedan admitir semejantes mensages y representaciones; pero permito que luego que se separen y obedezcan á las Justicias, pueda cada uno representarlas todo lo que tenga por conveniente: y mando, que siempre que concurran obedientes se les oigan sus quexas, y se ponga pronto remedio en todo lo que sea arreglado y justo. 19. Prohibo á los Jueces, que usen de arbitrio alguno en las sentencias de las causas que se dimanen de esta nueva Pragmática y leyes del Reyno, á que se refiere: mando que en todas ellas procedan precisamente con arreglo á ella y á las leyes; pues de lo contrario, que no espero, me daré por deservido, y mandaré proceder contra los que resulten transgresores de mis soberanas intenciones. 20. Y para que todo tenga su puntual y cumplido efecto, he acordado expedir esta mi Carta y Pragmática Sancion, en fuerza de Ley, como si fuese hecha y promulgada en Cortes. Por la qual ordeno y mando á todos los Jueces y Justicias de estos mis Reynos, y á los estantes, y habitantes en ellos, de qualquiera estado, preeminencia y condicion que sean, vean lo dispuesto y ordenado en ella, y lo guarden, cumplan y executen, segun como se establece, y se lo hagan guardar, cumplir y executar por todo rigor de derecho, dando para ello los expresados Jueces y Tribunales en sus distritos y jurisdicciones los Autos, Mandamientos y Sentencias correspondientes; y para su mayor observancia, y quanto á esto toca y pertenece, derogo qualquier fuero, por privilegiado y especial que sea, por no tener lugar en estos casos: y prohibo se formen competencias, ni turbe á las Justicias Ordinarias y Tribunales superiores en sus procedimientos tocantes á esta clase de negocios: y mando asimismo, que esta mi Carta se publique en la forma acostumbrada para que llegue á noticia de todos, y no se pueda alegar ignorancia, que asi es mi voluntad.



BIBLIOTECA CENTRAL